

NvK an B. und Kapitel von Meißen. Er mahnt sie zur Ausführung seiner Dekrete, bittet sie um Förderung der von ihm entsandten Visitatoren und Reformatoren und um deren Empfehlung bei Hg. Friedrich.

Kop. (15. Jh.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 66r. Zur Hs. s.o. Nr. 1390.

Reverende pater in Christo et domine episcopo ac vos venerabiles domini de capitulo Misnensi.

Commiseram alias cuidam, ut decreta, que edidi in diversis locis, ad vos eciam deferret aut saltim re^{mo} domino episcopo Magdeburgensi vobis mittenda presentaret. 5 Quod sic factum intelligo esse. Unde cum nostro nomine vobis presentata sint per dominum archiepiscopum aut alium, velitis, rogo, ipsa executioni demandare. Et quia constituimus nonnullos visitatores et reformatores religiosorum, rogamus illos recipi et foveri et per vos apud illustrissimum dominum ducem Fridericum fieri recommissos, ut possint suum reformationis officium intrepide exequi. Oracionibus vestris nos 10 recommendamus. Ex Maguncia iii^a decembris anno etc. I^{mo} primo.

Filius vester N. cardinalis sancti Petri apostolice sedis legatus manu propria.

Re^{do} in Christo patri ac venerabilibus viris episcopo et capitulo ecclesie Misnensis amicis nostris carissimis.

4 episcopo *wohl zu verbessern in archiepiscopo* 12-13 *Außenadresse.*

NvK an den Eb. von Mainz. Auf Bitte von Abt und Konvent des Benediktinerklosters Johannisberg im Rheingau beauftragt er ihn mit der Einverleibung der Nonnenklause¹⁾ in das Kloster.

Or., Perg. (S): WÜRZBURG, StA, Mainzer Urkunden, Geistl. Schrank 6/84 d. Auf der Plika: H. Pormert.

Kop. (1452 III 24/25 als Insert im Vollzug der Einverleibung Nr. 2433): WÜRZBURG, StA, Mainzer Urkunden, Geistl. Schrank 6/84 b, g und h.

Cum ex iniuncto nobis legacionis officio cunctis prodesse teneamur, ad ea libencius vigilancie nostre studia dirigimus, per que animarum saluti et morum reformationi ac leve iugum domini portantibus necessitati utilius valeat provideri. Sane pro parte venerabilis abbatis et conventus monasterii sancti Iohannis in Ringauwia ordinis sancti Benedicti vestre diocesis nobis oblata peticio continebat, quod licet nuper ipsi abbas, prior et conventus vitam regularis observancie inceperint eamque 5 ex intimis desideris cupiant continuare, redditus tamen et proventus eorum monasterii, quod eciam de presenti plurimorum gravatur onere debitorum, tam debiles sunt et exiles, quod fratres eiusdem inde non valeant sustentari et, nisi aliunde ipsi monasterio pie succurratur, persone religiose in eodem existentes ab ipso monasterio propter inopiam recedere cogentur. Et sicut eadem peticio continebat, si monasterium quoddam dicti ordinis Clusen nominatum iam actu sub cura abbatis prefati 10 monasterii Montis sancti Iohannis existens et in quo hactenus moniales esse consueverunt et sunt, que usque modo ad regularis vite observanciam induci non potuerunt, que eciam, si amplius ibidem remanere sic deberent, reformationi iam in ipso monasterio Montis sancti Iohannis laudabiliter incepte non modicum prestarent impedimentum, eidem monasterio Montis sancti Iohannis cum duobus 15 beneficiis ecclesiasticis ad dictum monasterium in Clusen spectantibus ac secularibus presbiteris conferri consuetis incorporaretur, plurimum ex hoc idem monasterium Montis sancti Iohannis reci-

peret incrementum. Quare pro parte dictorum abbatis et conventus nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis in premissis oportune providere dignaremur.

Nos igitur de expositis huiusmodi plenam noticiam non habentes paternitati vestre legacionis nostre, qua fungimur, auctoritate per hec scripta committimus, quatinus de premissis vos diligenter informetis et, si ea vera esse reppereritis, super quo vestram conscienciam oneramus, dictum monasterium sanctimonialium in Clusen eiusque abbatissam et moniales per vos vel alium accedatis eisque deinceps, moniales ne superinducant seu ad professionem ibidem et ad monasterium earum antedictum recipiant, auctoritate nostra prefata sub censuris ecclesiasticis inhibeatis ipsumque monasterium in Clusen, postquam abbatissa et moniales actu in illo existentes abinde recesserint vel decesserint, 25 per monachos dicti monasterii Montis sancti Iohannis regi et gubernari faciatis ac idem monasterium in Clusen, cuius vigintiquatuor, unacum dictis duobus beneficiis, quorum nomina presentibus haberi volumus pro expressis et quorum quatuor <marcharum argenti> fructus, redditus et proventus communi extimacione valorem annum non excedunt, monasterio Montis sancti Iohannis prefato uniatis, incorporetis et annectatis, ita ut cedentibus vel decedentibus dictis abbatissa et monialibus 30 ac prefata duo beneficia actu obtinentibus liceat abbati et conventui ipsius monasterii Montis sancti Iohannis prefatis fructus, redditus et proventus tam monasterii in Clusen quam duorum beneficiorum huiusmodi recipere ac perpetuo retinere et in suos usus convertere eorumque possessionem propria auctoritate apprehendere necnon eciam abbatisse et monialibus ipsis ad aliud monasterium eiusdem ordinis paris vel arcioris observancie se transferendi, si ipse vel aliqua ex eis id facere voluerint, licenciam concedatis illisque seu illi certam annuam pensionem ex fructibus eiusdem monasterii in Clusen ad dies vite illarum seu illius, ne ipsi monasterio nimium onerose sint, prout utile vobis videbitur, assignetis et alia faciatis, que circa premissa necessaria fuerint et de iure fieri possint atque debeant, constitutionibus et ordinacionibus eciam dictorum ordinis et monasteriorum incontrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, proviso tamen quod per unionem, annectionem et incorporacionem huiusmodi divinus cultus in ipso monasterio Clusen ac duobus beneficiis prefatis non minuatur neque debitis propterea fraudetur obsequiis, sed iuxta ipsorum fundacionem onera eorum supportentur consueta. Nos enim, si unionem, annectionem et incorporacionem huiusmodi per vos vigore presencium fieri contigerit, exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam vobis inferiore scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari.²⁾ 45

28 *Ergänzung nach 6/84 g und b.*

¹⁾ Die aus dem ursprünglichen Doppelkloster Ende des 13. Jahrhunderts hervorgegangene St. Georgs-Klausen am Fuße des Johannsbergs. Zu der durch Nr. 2075 in die Wege geleiteten Einverleibung der Klausen s. Tritheimius, *Annales Hirsaugiensis* II 426; Ioannis, *Rerum Moguntiacarum volumen primum* 764; *Gallia Christiana V 584C*; Bodmann, *Rheingauische Alterthümer* 206, 246 und 895; Berlière, *Origines*, in: *Rev. Bén.* 16, 552 = *Mélanges III 62f.*; Zaun, *Rudolf von Rudesheim 15* (mit der irrigen Angabe, NvK sei zusammen mit Rudolf von Rudesheim zur Reform an Ort und Stelle gewesen); Volk, *Exhortatio 193f.* Umfassend: Struck, *Johannsberg 28–36*; doch werden dort weder Nr. 2075 noch die Tätigkeit des NvK in der Sache insgesamt genannt.

²⁾ Zum Fortgang s.u. Nr. 2288.

1451 Dezember 3, im Kapitel von St. Godehard vor Hildesheim.

Nr. 2076

Notarielle Kundgabe. Abt Helmold, Prior, Kustos und Brüder des Benediktinerklosters St. Godehard vor Hildesheim entsprechen der Aufforderung des NvK¹⁾ und geben unter wechselseitigem Verzicht ihre Güter in gemeinsame Nutzung.

*Kop. (18. Jb.): HILDESHEIM, Dombibl., Hs 11 (Sammlung von einzelnen Urkundenabschriften) p. 11–13. Erw.: Lüntzel, *Geschichte Hildesheim* II 582; Grube, *Legationsreise* 409 (beide ohne Quellenangabe); Berlière, *Origines*, in: *Rev. Bén.* 16, 497 = *Mélanges III 54* (nach Grube).*

Vor den unterfertigenden Notaren verzichten sie, quod nunc vero hoc gratiae in tempore redeundum sit ad cor et flagitandum misericordiarum precum(!) sua pro melliflua gratia, quam ipsa apex apostolica gratiose singulis impartitur chisticolis Alamanica per climata, der Aufforderung des NvK entsprechend und pro salubri ingressu reformationis iuxta instituta sancti Benedicti, wechselweise, der Abt in die